



**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

**© 1982**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/  
Le reliure serrée, peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



CANADA

NATIONAL LIBRARY  
BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

Catholic Church

257

SANCTÆ

**APOSTOLICÆ SEDIS**

**RESPONSA**

**CIRCA LUCRUM EX MUTUO**

Ab Anno 1822. ad Febr. 1833.



---


**MARIANOPOLIS :**


**APUD E. R. FABRE, BIBLIOTHECAM,**

**1835.**

---

**EX TYPIS LUDOVICI PERRAULT.**







## L'EDITORE.

Essendo, non ha motto, apparsi alla luce in questa nostra Città alcuni opuscoli sull'Usura, mi lusingo di fare cosa non ingrata agli amatori di tali studj, comunicando loro varj Decreti, che nel breve giro di pochi anni emanarono su di tal materia dalla S. Sede.

EX  
SUPREMI

Ar

In v  
non er  
tam, et  
tum de  
nis est  
trover  
disput  
judici  
propte  
haren  
Qu  
tiam,  
dis Ap  
ditas  
ma oc  
triges  
Theob  
dun. s  
lesimi

# ALOISIUS

## EX MARCHIONIBUS FRANSONI

SUPREMI ORDINIS SS. ANNUNCIATIONIS CANCELLARIUS DEI  
ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA,

### Archiepiscopus Vaurinensis.

*In universa rei Moralis scientia invenire non erit quæstionem magis agitatum, jactatam, et hinc inde oppugnatam, quam argumentum de Lucro ex Mutuo: immensæ quæstionis est pro qua parte magis pugnet ratio Controversiæ, de quâ in utramque partem potest disputari, quum adhuc desideretur Supremum judicium disputationibus finem imponens, ac propterea inter contrarias partes decertantes hærent Fidelium conscientiæ.*

*Quum itaque ad Nostram pervenerit notitiam, quasdam ad rem prodisse Sanctæ Sedis Apostolicæ ad quæsita responsiones traditas tam Episcopo Rhedonensi sub die decima octava Augusti millesimi octingentesimi trigesimi, quam Domino Denavit Professore Theologiæ in Seminario Sancti Irenæi Lugdun. sub diebus decima sexta Septembris millesimi octingentesimi trigesimi, et undecima*

*Novembris millesimi octingentesimi trigesimi primi ; item Episcopo Vivariensi sub die trigesima prima Augusti millesimi octingentesimi trigesimi primi, Capitulo Collegiato Locarni sub diebus trigesima prima Augusti et septima Septembris millesimi octingentesimi primi, Domino Josepho Antonio Avvaro Sacrae Theologiae Doctori et Regio ejusdem facultatis Professore Pinerolii ibidemque Canonico Theologo et Provicario Generali sub die undecima Februarii millesimi octingentesimi trigesimi secundi ; ac tandem Episcopo Aquensi sub die vigesima tertia Novembris millesimi octingentesimi trigesimi secundi ; quarum responsionum ope, licet extrema manus disputationibus hujusmodi minime imponatur, anxietatibus tamen opportune medetur, et tuta Confessariis agendi norma praebetur ; curavimus propterea ut praefatarum responsionum transumpta authentica in unum colligerentur, codicemque plurium ipsarum uniusmodi responsionum in actis hujus Curiae Nostrae Archiepiscopalis inseri mandamus : decernentes, jus fasque esse Cancellario Nostro laudatæ collectionis exemplaria requirentibus tradere, hujusmodique exemplaribus Sigillo nostro Archiepiscopali munitis plenam et indubiam fidem esse adhibendam : singulisque praemissis addi mandamus transumpta licet*

nondum  
cuidam  
lii mi  
quam  
Augusti  
idque  
tem.

In q  
Febru  
mo ter

Fir  
Sigill  
Th

Ita in  
Taurine  
bruarii

Lo

trigesimi  
 sub die tri-  
 ingentesi-  
 giato Lo-  
 Augusti et  
 gesimesi  
 varo Sa-  
 usdem fa-  
 que Cano-  
 ali sub die  
 gesimesi  
 scopo A-  
 bris mille-  
 ; quarum  
 us discep-  
 tur, anxi-  
 tuta Con-  
 uravimus  
 um tran-  
 ntur, co-  
 modi re-  
 Nostræ  
 : decer-  
 Nostro  
 quirenti-  
 ibus Si-  
 plenam  
 ingulis-  
 nta licet

*nondum authentica responsorum datorum tam  
 cuidam mulieri Lugdunensi sub die tertia Ju-  
 lii millesimi octingentesimi vigesimi secundi,  
 quam Episcopo Veronensi sub die decima quarta  
 Augusti millesimi octingentesimi trigesimi primi,  
 idque sub spe obtinendi etiam eorum authenticita-  
 tem.*

*In quorum etc. Dat. Taurini die decima quinta  
 Februarii anno millesimo octingentesimo trigesimo  
 tertio.*

Firmat. ✠ ALOISIUS ARCHIEPISCOPUS.

Sigillat. et manualit. subscript.

Theologus JACOBUS GENTA Cancellarius.

Ita in originali in Registris hujus Curiae Archiepiscopalis  
 Taurinensis existente. In fidem etc. Dat. Taurini die 16 Fe-  
 bruarii 1833.

Th. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Cancel.

Loco ✠ Sigilli,

1.

**DECRETA**

SUPREMÆ CONGREGATIONIS

SANCTI OFFICII

QUE EM. ET REV.

DD. CARD. INQUISITORES GENERALES

*Præhabitis DD, Consultorum suffragiis*

AD CONSULENTIUM PRECES EDIDERUNT.

FERIA IV. 3. JULII 1822.

Decretum  
Cong. S.  
Officii  
1822. 3.  
Julii.

Ad preces cujusdam innominatæ mulieris Lugdunensis, Em. D. Card. Galeffi tranmissas, quibus, descripto generali rerum statu post notos publicos eventus, et leges a civili auctoritate latas, in Galliis obtinente, exponebat, se sua capitalia quibusdam tradidisse, ut fructus ex illis juxta taxam a lege civili præscriptam perciperet : suum autem Directorem ipsi absolutionem denegare, nisi proventus inde receptos restitueret, aut obligationes erga eos, qui solverent, emitteret.

Quærebat ergo ;

1. An ad restitutionem perceptorum fructuum esset obligata.

2. An dumtaxat postquam ejus bona fides desierat.

3.  
haber  
4.  
loque  
Em  
catur,  
ipsi o  
vero,  
onum  
sultit  
entali  
stare

Hujus  
transmis  
Trans  
Ita in  
Taurini  
Loco

3. Quandonam cessatio bonæ fidei locum haberet.

4. An sufficeret de ea audivisse, etiamsi loquentis opinio non fuisset adoptata.

Em. decreverunt: Oratrici pro nunc dicatur, quod responsa ad propositos casus ipsi opportuno tempore dabuntur. Interim vero, licet non peracta ulla illarum restitutorum, de quarum obligatione S. Sedem consuluit, a proprio Confessario absolvi sacramentaliter posse, dummodo vere parata sit stare mandatis.

Hujusmodi decretum Em. D. Card. Galeffi traditum, ab eoque transmissum fuit, qui de illo gratanter recepto certior factus est.

Transmissum fuit e Cancellaria S. Officii.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem etc. Taurini die 16 Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli. TH. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

Expositio.  
Episc.  
Rhodon-  
ensis.

Episcopus Rhodonensis in Gallia exponit Sacrae Congregationi Inquisitionis, non eandem esse Confessariorum suae Diocesis sententiam de lucro percepto ex pecunia negotiatoribus mutuo data ut ea ditescant.

De sensu Epistolae Encyclicae *Vix pervenit* acriter disputatur. Ex utraque parte momenta afferuntur ad tuendam eam quam quisque amplexus est sententiam, tali lucro faventem, aut contrariam. Inde querelae, dissensiones, denegatio Sacramentorum plerisque negotiatoribus isti ditescendi modo inherentibus, et innumera damna animarum.

Ut animarum damnis occurrant, nonnulli Confessarii mediam inter utramque sententiam viam se posse tenere arbitrantur. Si quis ipsos consulat de istiusmodi lucro, illum ab eo deterrere conantur. Si poenitens perseveret in consilio pecuniam mutuo dandi negotiatoribus, et obijciat sententiam tali mutuo faventem multos habere patronos, et insuper non fuisse damnatam a Sancta Sede non Semel ea de re consulta; tunc isti Confessarii exigunt, ut poenitens promittat se filiali obedientia obtemperaturum iudicio Summi Pontificis, si intercedat, qualecumque sit: nec, hac promissione obtenta, absolutionem denegat, quamvis probabiliorem credant opinionem contrariam tali mutuo. Si poenitens non confiteatur de lucro ex pecunia sic mutuo data, et videatur in bona fide; isti Confessarii, etiamsi aliunde noverint ab eo perceptum esse, aut etiam nunc percipi istiusmodi lucrum, eum absolvunt, nulla ea de re interrogatione facta, quando timent, ne poenitens admonitus restituere aut a tali lucro abstinere recuset.

Inquirat ergo dictus Episcopus Rhodonensis.

1. Utrum possit horum posteriorum Confessariorum agendi rationem probare.

2. U  
sum ad  
ri, ut i  
nec Sa  
one ju

Loco

F

San  
Pius I  
audier  
tita, a  
una cu  
dinali  
dit.

Ad

Ad

Loco

Gratis

CLAU  
grace du

Attes

le Saint

Secreta

Donn

2. Utrum alios Confessarios rigidiores ipsum adeuntes consulendi causa possit hortari, ut istorum agendi rationem sequantur, donec Sancta Sedes expressum ea de quaestione iudicium ferat.

Loco ✠ Sigilli

✠ C. L. Episcopus Rhedonensis.

FERIA IV. DIE 18. AUGUSTI, 1830.

Sanctissimus Dominus Noster Dominus Pius Divina Providentia PP. VIII. in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii imper-tita, audita relatione superiorum dubiorum una cum voto Eminentissimorum DD. Cardinalium Inquisitorum Generalium, respondit.

Responsio  
Summi  
Pontificis  
Pii VIII.  
1830. 18.  
Augusti.

Ad primum : Non esse inquietandos :

Ad secundum : Provisum in primo.

Loco ✠ Sigilli S. Inquisitionis.

Pro D. NICOLAO SOLDINI

S. Romanae et universalis Inquisitionis Notario

ANGELUS ARGENTI, Secretarius.

Gratis apud S. Officium.

CLAUDE LOUIS DE LESQUEN, par la miséricorde Divine et la citas. grace du Saint Siège Apostolique, Evêque de Rennes.

Attestons, que la copie ci-dessus du Bréf à Nous adressé par le Saint Office est entièrement conforme à l'original déposé au Secretariat de Notre Evêché.

Donné à Rennes sous le seing de Notre Vicaire Général, No-

Authenti-



tre Sceau, et le contreseing de Notre Secrétaire, le 10, Juillet 1832.

Lieu ✠ du Sceau, Par mandement de Monseigneur  
DEMOS Prosecrétaire.

Jam editum Avenione typis de Seguin, et Vesontione typis Othenin-Chalandre a R. Vic-Gen. Em. Archiepiscopi D. Gousset in opusculo *Justification de la Théologie morale du, etc.*

Ita in Registris hujus Curiæ Archiepiscopalis. In fidem etc. Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli.

TH. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

## 3.

## QUÆSITA

Ad Sacram Pœnitentiariam facta

CUM RESPONSIS

EJUSDEM SACRÆ PœNITENTIARIÆ.

Quæsita  
Professoris  
Theologiæ  
in Semin-  
ario Lug-  
dun.

Quando S. Pœnitentiariæ dubia circa materiam usuræ proponuntur, semper remittit ad doctrinam S. P. Benedicti XIV., quæ revera sat clara et perspicua est pro iis qui bona fide eam perscrutari volunt.

Attamen sunt quidam Presbyteri, qui contendunt licitum esse percipere auctarium quinque pro centum solius vi Legis principis absque alio titulo vel damni emergentis vel lucri cessantis : quia, inquiunt, Lex Principis est titulus legitimus, cum transferat dominium auctarii sicut transfert dominium in præscriptione, et sic prorsus annihilant legem divinam et legem ecclesiasticam quæ usuras prohibent.

Cum hæc ita se habeant, Orator infrascriptus, existi-

mans nu  
dicti XIV  
teris qui  
entem pe  
cri cessa  
Quare  
quentia o

1. U  
absolut

2. U  
Lug

Sacr

perpen

censui

esse i

definit

sint se

rum al

Datum

Prefa  
data, ven  
S. Pœni

Jam e  
Ita in  
Taurini

ire, le 10, Juille

Monseigneur  
rétaire.

Vesontione typis  
archiepiscopi D.  
logie morale du,

In fidem etc.

Ap. et Canc.

facta

IARLÆ.

eriam usuræ  
P. Benedicti  
t pro iis qui

tendunt lici-  
entum solius  
i emergentis  
pripis est titu-  
i sicut trans-  
s annihilant  
suras prohi-

otus, existi-

mans nullo pacto esse licitum recedere a doctrina Benedi-  
dicti XIV., denegat absolutionem sacramentalem Presby-  
teris qui contendunt Legem Principis esse titulum suffici-  
entem percipiendi aliquid ultra sortem absque titulo vel lu-  
cri cessantis vel damni emergentis.

Quare infrascriptus Orator humiliter supplicat, ut se-  
quentia dubia solvantur :

1. Utrum possit in conscientia denegare  
absolutionem Presbyteris præfatis.

2. Utrum debeat.

Lugduni 25. Maii 1830.

DENAVIT Prof.

Sacra Pœnitentiaria diligenter ac mature  
perpensis dubiis propositis, respondendum  
censuit, Presbyteros de quibus agitur non  
esse inquietandos quousque Sancta Sedes  
definitivam decisionem emiseric, cui parati  
sint se subijcere, ideoque nihil ob stare eo-  
rum absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

Responsio  
S. Pœni-  
tentiariæ  
1830. 16.  
Sept.

Datum Romæ in Pœnitentiaria die 16. Septembris 1830.

E. DE GREGORIO M. P.

F. FRICCA S. P. Secretarius.

Præfata Responsa, alias per Sacræ Pœnitentiariæ Officium  
data, vera esse et omni fide digna testamur. Datum Romæ in  
S. Pœnitentiaria die 11. Januarii 1833.

Loco ✠ Sigilli Sacræ Pœnitentiariæ

E. Card. DE GREGORIO M. P.

Jam edita Avenione, et Vesontione ut supra N. 2.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem etc.  
Taurini, die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli.

TH. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

Authenti-  
citas Em.  
de Grego-  
rio 1833.  
11. Janua-  
rii.

VENERABILI IN CHRISTO P.  
EPISCOPO VERONENSI

SALUTEM ET SINCERAM IN DOMINO CHARITATEM.

**Ex Sacra Pœnitentiaria.**

Responsio  
S. Pœnitentiariæ E-  
piscopo  
Veronensi  
1831. 14.  
Augusti.

Sacra Pœnitentiaria perlectis expositis a Ven. in Chris-  
to Patre Episcopo Veronensi in supplici libello I. mensi  
nuper elapsi, abstinendum sibi duxit a resolutione quatuor  
dubiorum quæ in ea proponebantur, sed Oratori communicavit  
cat responsa data a suprema Congregatione Sancti Officii  
ad alia quædam dubia eandem materiam respicientia.  
Hæc autem sunt hujusmodi :

1. Utram Confessarius possit in conscientia denegare absolutionem Presbyteris qui contendunt Legem Principis esse sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem absque alio titulo vel lucri cessantis vel damni emergentis.

2. Utrum debeat.

Resp. ad utrumque : Non esse inquietandos, quousque S. Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subicere : adeoque nihil obstare eorum absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

**ALIA DUBIA.**

1. An Confessarius ille possit absolvi, qui

licet Be  
Pontific  
cet ex  
præstito  
quinque  
omnino  
titulum

An p  
na fide  
erum L  
lucri ce  
riculi ex  
Resp  
in dubio  
S. Sed

cui para  
obstare  
nitentiæ  
Ad s  
dummo  
datis S.

Vir qui  
non inhi  
juxta dis

1. A  
2. E  
persua

licet Benedicti XIV. et aliorum Summorum Pontificum de usura definitiones noverit, docet ex mutuo divitibus aut negotiatoribus præstito percipi posse præter sortem lucrum quinque pro centum etiam ab iis, qui nullum omnino alium, præterquam Legem civilem, titulum habent mutuo extrinsecum.

An peccet Confessarius, qui dimittit in bona fide pœnitentem, qui ex mutuo exigit lucrum Lege civili statutum absque extrinseco lucri cessantis, aut damni emergentis aut periculi extraordinarii titulo.

Resp. ad primum : Confessarium de quo in dubio, non esse inquietandum, quousque

S. Sedes definitivam decisionem emisericui paratus sit se subicere : adeoque nihil obstare ejus absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

Ad secundum : Provisum in præcedenti, dummodo pœnitentes parati sint stare mandatis S. Sedis.

### ALIA DUBIA.

Vir quidam persuasus erat Encyclicam Benedicti XIV. non inhibere lucrum ex collocatione pecuniæ perceptum juxta disposita a Lege civili. Ejus hæredes quærunt :

1. An Encyclicam recte acceperit.
2. Etiam supposito quod male acceperit, persuasus tamen recte accepisse, an hæredes

ab omni reparatione se exemptos existimare valeant.

Resp. ad primum : Acquiescant, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis.

Ad secundum : Provisum in primo.

### ALIA DUBIA.

1. An possit eorum Confessariorum agendi ratio probari, qui dum tenent uti probabiliorem opinionem contrariam lucro ex pecunia negotiatoribus mutuo data, pœnitentes eo modo lucrum percipientes ut ditescant absolunt, quando nempe isti, objicientes sententiam lucro faventem non fuisse damnatam a S. Sede, promittunt tamen obedire judicio S. Pontificis si intercedat : et similiter agunt, quando pœnitentes lucrum percipientes in bona fide, de eo non confitentur, licet aliunde noverint ipsos percipere lucrum ut supra, nulla ea de re facta interrogatione, quando timent ne pœnitentes admoniti restituere aut tali lucro abstinere recusent.

2. Utram Episcopus possit hortari rigidiores Confessarios consulendi causa ipsum adeuntes, ut priorum Confessariorum agendi rationem sequantur, donec S. Sedes expressum ea de quæstione judicium ferat.

Respondetur ad primum : Non esse inqui-

Ad

Datum

Trans

Ita in

Taurini

Loc

B

Perv

August

agendi

discepta

supplic

Idem

dinalium

untur F

relativa

cipis se

ultra se

Ex i

dubia,

judiciu

est occ

Rhedo

dam

mutuo

perve

Un

## Ad secundum : Provisum in primo.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 14. Augusti 1831.

V. D. SOLIMEI, S. P. Secr.

Transmissum fuit ab eodem Episcopo.

Ita in Registris hujus Curiæ Archiepiscopalis. In fidem etc.  
Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco ✚ Sigilli.

TH. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

5.

**BEATISSIME PATER.**

Pervenit ad me judicium SS. Pii VIII. sub data diei 18. Augusti 1830. ad postulata Episcopi Rhedonensis super agendi ratione Confessoriorum erga pœnitentes, qui inter disceptationes Theologorum circa mutuam expositas in supplici libello, mediam se posse sequi viam arbitrantur.

Idem judicium loquitur de voto Eminentissimorum Cardinalium Inquisitorum Generalium : et Rescripto subjiciuntur Responsa data ab iisdem eadem die ad diversa dubia relativa ad opinionem eorum, qui contendunt Legem Principis solam esse titulum sufficientem aliquid percipiendi ultra sortem in mutuo.

Ex isto judicio et istis responsis datis nova exorta sunt dubia, novæ disceptationes, nova quæsitæ. Nam dictum judicium in pluribus Dicecesibus divulgatum est, et hæc est occasio talium disceptationum. In exposito Episcopi Rhedonensis nulla fit mentio dicti tituli, quem volunt quidam Theologi reperiri in Lege Principis : sed unice de mutuo dato negotiatoribus, et de sensu Encyclicæ *Vix pervenit* circa tale mutuam negotiatoribus factum.

Unde alii dicunt, judicium SS. Pontificis Pii VIII. in se

solo attendendum esse, et separatim a responsis datis ab Eminentissimis Cardinalibus, ita ut sensus istius iudicii sit : Sententiam faventem mutuo factò negotiatoribus non fuisse damnatam a S. Sede ea de re non semel consulta : ideoque si pœnitentes promittant se filiali obedientia obsecuturos iudicio SS. Pontificis si intercedat, non esse inquietandos Confessarios qui ipsis absolutionem non denegant. Qui sic iudicium SS. Pontificis interpretantur, aures avertunt a litera Encyclica Benedicti XIV. ut 1. et 2. de Synodo Dicecesana ejusdem Pontificis, ad quam plures responsiones S. Sedis remittunt, ab Instructione data p. Carolo Felici 17. Aprilis 1749., et a diversis Responsis datis a S. Sede Apostolica.

Alii, non concipientes qua via præfatum iudicium conciliari possit cum diotis decisionibus Benedicti XIV. et aliorum SS. Pontificum circa mutuum negotiatoribus factum ; si sic seorsim attendatur, putant dictum iudicium non sic esse intelligendum, sed conjunctim cum responsis datis ab Em. Cardinalibus, ad quæ remittere videtur SS. Pontifex, qui dicit in proœmio iudicii : “ audita relatione superiorum dubiorum cum voto Eminentissimorum Cardinalium,” et iudicium esse referendum ad dubia de titulo Legis Principis, qui titulus damnatus non fuit a S. Sede.

Sed oritur nova difficultas circa sensum responsionum S. Officii. Eminentissimi enim Cardinales loquuntur de Lege Principis sine addito, non verba facientes de conditione quam in medium proferunt patroni tituli ex tali Lege desumpti ad percipiendum interesse, nempe quod Princeps Lege sua declaret non quidem licitum esse percipiendi in mutuo usuras (quæ jure naturali et divino sunt prohibite,) sed se ex causa publica et in quibusdam circumstantiis concedere jus ad moderatas præstationes a subditis suis exigendas, ita ut tunc transferat dominium sicut per legem præscriptionis.

Punc  
civilis o  
potius s  
Motivum  
ribus ex  
consider  
quæ eve  
eum usu  
super ha  
“ lucri i  
“ ta pro  
“ erit.  
“ valori  
“ nolun  
“ posse  
“ citum  
“ niæ si

Porro  
mutuo p  
orum q  
retentæ  
illos loc  
pulandi  
gem ci  
lucris, e  
alii dic  
applica  
vili ; a

Ita

1.  
tellig  
parat  
inent

Punctum istud magni momenti est in Galliis, ubi Lex civilis omnino silet de dato jure ad percipiendum usuras, et potius supponit mutuam ad lucrum jus certum habere. Motivum illius Legis, a Gubernii illius temporis Legislatorebus expositum, erat, quod Gubernii Consultores interesse consideraverant ut justam compensationem beneficiorum, quæ eventura erant mutuantibus ex usu pecuniæ mutuatae, si eum usum sibi retinisset. In discussione Legis hæc insuper habuit tribunatus Orator: "Legitimitas stipulationis  
 "lucris in mutuo pluries agitata, et tam impolitice proscrip-  
 "ta propter æquivocationem verborum, amplius dubia non  
 "erit. Apud omnes certum est pecuniam esse signum  
 "valoris, omnesque consentiunt valorem locari posse, at  
 "nolunt: nec possunt convenire signum valoris pariter  
 "posse locari." Legis Gallicanæ hæc sunt verba: "Li-  
 "citur est stipulari interesse pro solo mutuo sive pecu-  
 "niæ sive aliarum rerum mobilium."

Porro si Legislatores Gallicani habuerunt lucrum in mutuo perceptum vel ut justam compensationem beneficiorum quæ mutuantibus evenire poterant ex usu pecuniæ sibi retentæ, vel ut pretium locationis signi valoris, quod juxta illos locari poterat; si Lex simplicem permissionem stipulandi lucrum in mutuo concedat; certum videtur, Legem civilem in Galliis noluisse transferre dominium hujus lucris, et aliud acquisitum mutuantibus supposuisse. Unde si alii dicant responsionem Eminentissimorum Cardinalium applicandam esse Legi Gallicanæ, prout est in codice civili; alii illud negant propter motiva allata.

Itaque quæritur:

1. An præfatum iudicium S. Pontificis intelligendum sit ut verba ipsius sonant, et separatim a titulo Legis Principis, de quo Eminentissimi Cardinales loquuntur in his res- Quesita.



ponsis, ita ut unice agatur de mutuo negotia-  
toribus facto.

2. An titulus ex Lege Principis, de quo E-  
minentissimi Cardinales, sic intelligendus sit,  
ut sufficiat Legem Principis declarare lici-  
tum esse cuique convenire de lucro ex solo  
mutuo facto, sicut fit in Codice civili Fran-  
corum, quin dicat se concedere jus tale lu-  
crum percipiendi.

Ad pedes Sanctitatis vestræ enixe provolutus, suppliciter  
et cum filiali affectu orat pro resolutione humillimus nec  
non obsequentissimus servus.

✠ P. FR. EPISCOPUS VIVARIENSIS.

FERIA IV. DIE. 31. AUGUSTI 1831.

Decretum  
Cong. S.  
Officii.

In Congregatione generali S. Officii habi-  
ta in Conventu Sanctæ Mariæ supra Miner-  
vam coram Eminentissimis et Reverendissi-  
mis DD. S. R. E. Cardinalibus contra hære-  
ticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus,  
propositis superioribus precibus R. P. D.  
Episcopi Vivariensis, iidem Eminentissimi  
et Reverendissimi DD., præhabitis DD. Con-  
sultorum suffragiis, dixerunt :

Provisum in Decretis Feriæ IV. 18. Au-  
gust. 1830., atque dentur Decreta.

Approb.  
S. P. Gre-  
gorii XVI.  
1831. 31  
Augusti.

Eadem die et feria SS. D. N. Gregorius Div. Provid. PP,  
in Aud. R. P. D. Assessori S. Officii Resolutionem  
ab Em. captam approbavit.

EDITA

1. ...  
tia de  
conter  
suffici  
absque  
ni eme

2. ...

Res

dos q

nem c

adeoq

Sacra

1. ...

licet l

cum c

mutuo

percip

pro c

alium

haben

2. ...

in bo

**DECRETA**

FERIÆ IV. 18. AUGUSTI 1830.

EDITA AB EM., ET SUB EADEM FERIA APPROBATA A S.  
M. PII VIII. SUPER SEQUENTIBUS DUBIIS.

1. Utrum Confessarius possit in conscientia denegare absolutionem Presbyteris, qui contendunt Legem Principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem absque alio titulo vel lucri cessantis vel damni emergentis.

Decreta  
Em. Inquisitor. 18.  
Aug. 1831.

2. Utrum debeat.

Resp. ad utrumque : Non esse inquietandos quousque S. Sedes difinitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subicere : adeoque nihil obstare eorum absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

**ALIA DUBIA**

1. An Confessarius ille possit absolvi, qui licet Benedicti XIV. et aliorum SS. Pontificum de usura definitiones noverit, docet, ex mutuo divitibus aut negotiatoribus præstito percipi posse præter sortem lucrum quinque pro centum etiam ab iis qui nullum omnino alium præter quam Legem civilem titulum habent mutuo extrinsecum.

Responsi  
ad alia se  
dubia.

2. An peccet Confessarius, qui mittit in in bona fide pœnitentem qui ex mutuo exigit

lucrum Lege civili statutum, absque extrin- De se  
seco lucri cessantis aut damni emergentis putatur.  
aut periculi extraordinarii titulo. Idam eam  
aventem

Resp. ad primum: Confessarium de quo denegatio  
in dubio, non esse inquietandum quousque tescendi  
S. Sedes definitivam decisionem emiseric, rum.  
cui paratus sit se subicere: adeoque nihil  
obstare ejus absolutioni in Sacramento Pœn- Ut a  
itentiae. mediam  
arbitran

Ad secundum: Provisum in præcedenti, illum ab  
dummodo pœnitentes parati sint stare man- in consi  
datis S. Sedis. sententi  
insuper

### ALIA DUBIA

Alia Du-  
bia.

Vir quidam persuasus erat Encyclicam Benedicti XIV. re const  
non inhibere lucrum ex collatione pecuniæ perceptum jux- promitta  
ta disposita a Lege civili: ejus hæredes quærunt: Pontific  
missione

1. An Encyclicam recte acceperit. biliorem  
nitens n

2. Etiam supposito quod male acceperit, et videat  
persuasus tamen recte accepisse, an hæredes noverin  
ab omni reparatione se exemptos existimare usmodi  
valeant. one fac  
aut a ta

Resp. ad primum: Acquiescant, dummo- Inqu  
do parati sint stare mandatis.

Ad secundum: Provisum in primo.

### ALIA DUBIA.

Renovatur  
Responsio  
data Ep.  
Rhedo-  
nensi.

Episcopus Rhedonensis in Gallia exponit Sacræ Con- 1.  
gregationi Inquisitionis, non eandem esse Confessarium fessa  
suaræ Diœcesis sententiam de lucro percepto ex pecunia ne- 2.  
gotiatoribus mutuo data: ut ea ditescant. sum  
ri ut

osque extrin- De sensu epistolæ Encyclicæ *Vix pervenit acriter dis-*  
 emergentis putatur. Ex utraque parte momenta afferuntur ad tuen-  
 dum eam quam quisque amplexus est sententiam tali lucro  
 faventem aut contrariam. Inde querelæ, dissensiones,  
 denegatio Sacramentorum plerisque negotiatoribus isti di-  
 n quousque tescendi modo inhærentibus, et innumera damna anima-  
 m emiserit, rum.

Ut animarum damnis occurrant, nonnulli Confessarii  
 mediam inter utramque sententiam viam se posse tenere  
 arbitrantur. Si quis ipsos consulat de istiusmodi lucro,  
 illum ab eo deterrere conantur. Si pœnitens perseveret  
 in consilio pecuniam mutuo dandi negotiatoribus et objiciat  
 sententiam tali lucro faventem multos habere patronos et  
 insuper non fuisse damnatam a S. Sede non semel ea de  
 re consulta; tunc illi Confessarii exigunt, ut pœnitens  
 promittat se filiali obedientia obtemperaturum iudicio Ss.  
 Pontificis, si intercedat, qualecumque sit: nec, hac pro-  
 missione obtenta, absolutionem denegant, quamvis proba-  
 biliorem credant opinionem tali mutuo contrariam. Si pœ-  
 nitens non confiteatur de lucro ex pecunia sic mutuo data,  
 et videatur in bona fide; isti Confessarii, etiamsi aliunde  
 noverint ab eo perceptum esse aut etiamnum percipi isti-  
 usmodi lucrum, eum absolvunt, nulla ea de re interrogati-  
 one facta, quando timent ne pœnitens admonitus restituere  
 aut a tali lucro abstinere recuset.

Inquit ergo dictus Episcopus Rhedonensis:

1. Utrum possit horum posteriorum Con-  
 fessoriorum agendi rationem probare.

2. Utrum alios Confessarios rigidiores ip-  
 sum adeuntes consulendi causa possit hortari  
 ut istorum agendi rationem sequantur do-

Sacræ Con-  
 fessoriorum  
 x pecunia ne-

nec S. Sedes expressum ea de quæstione judicium ferat.

✠ E. G. EPISCOPUS Rhedonensis.

Resp. ad primum : Non esse inquietandos.

Ad secundum : Provisum in primo.

Testor ego infrascriptus Notarius S. Romanæ et Universalis Inquisitionis, Decreta, de quibus supra, revera esse talia, quæ lata sunt in Feria IV. 18. Augusti 1830., et in Feria IV. 31. Augusti 1831.

Datum Romæ ex Cancellaria S. Officii hac die 24. Septembris 1831.

ANGELUS ARGENTI S: Rom. et Univ. Inq. Notarius

Authenticitas.

Concordant cum documentis valde authenticis in Secretario depositis. Vivarii, die 2. Mensis Januarii anni 1833.

Loco ✠ Sigilli,

✠ P. F. EPISC. Vivariensis.

Dicta sex dubia cum responsionibus jam edita Avenione et Vesontione ut supra N. 2.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem etc. Taurini, die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli

Th. JACOBUS GENTA Notarius Ap., et Canc.

## Questiti del Capitolo di Locarno

### BEATISSIMO PADRE

Esposizione del Capitolo di Locarno.

Il Capitolo di questa Collegiata di Locarno, Diocesi di Como, territorio Svizzero, ha la maggior parte delle proprie Prebende in danaro, ricavato principalmente dall'estinzione delle decime avvenuta per Decreto Governativo :

qual da  
adempire  
Per le  
affatto co  
i quali sc  
ne, o per  
due e me  
ccessiva

I cens  
e sono r  
delle Ipo  
su' quali  
fare i lor  
riamente  
lo a pres  
to annua  
Ciò p

1. S  
dei Be  
dei ca  
circos  
agli al  
sia lec  
dotale  
quattr  
beni s  
vibili,

Prebe

2.

si pos  
ese, M

questione ju-

edonensis.

inquietan-

primo.

et Universalis

esse talia, qua-

in Feria IV. 31.

hac die 24.

Notarius

is in Secretario

1833.

Vivariensis.

ita Avenione et

In fidem etc.

Ap., et Canc.

Locarno

no, Diocesi di

te delle pro-

nente dall'es-

Governativo :

qual danaro egli impiegar deve, per viverne de' frutti, ed adempire ai pesi annessi ai Benefizj.

Per le circostanze de' tempi e dei luoghi o non si trova affatto come investire il danaro suddetto in stabili fruttiferi, i quali scarseggiano assai in proporzione della popolazione, o per la carezza di detti stabili non frutterebbe che il due e mezzo per cento annualmente, il che peggiorerebbe eccessivamente le Prebende già per sè stesse meschine.

I censi si vogliono proibiti da queste Leggi municipali, e sono mal sicuri, non esistendo in queste parti l'Ufficio delle Ipoteche che accerti la libertà e sufficienza de' fondi su' quali vogliansi stabilire. Inoltre quegli stessi, che per fare i loro interessi ci chiedono il danaro, ricusano ordinariamente di sottoporsi a' censi, e amano meglio di riceverlo a prestanza col contribuire il quattro o il cinque per cento annualmente.

Ciò premesso, si domanda :

1. Se la necessaria onesta sustentazione dei Beneficiati, che dee provenire dal frutto dei capitali di tali Prebende, è dessa in tali circostanze un sufficiente titolo equivalente agli altri già approvati dalla Chiesa, per cui sia lecito un tale contratto di dare il danaro dotale di dette Prebende a interesse del quattro o cinque per cento, dietro ipoteca di beni stabili, e cauzione di persone note e solvibili, affine di assicurare la perpetuità delle Prebende.

Quesiti.

2. Se questo titolo, supposto ammisibile, si possa estendere anche a favore delle Chiese, Monasteri, e altri luoghi pii, come anche

dei pupilli e di altre persone che si ritrovano nelle circostanze medesime di sopra descritte, ed hanno bisogno di far fruttare il proprio danaro per sostentarsi onestamente.

3. Se le Leggi e procedure civili, che oramai approvano generalmente tali contratti li fanno eseguire, non che il comune tacito consenso dei popoli, che per l'uso invalso de' secoli sembra li abbiano per maggior comodo e facilità sostituiti ad altri contratti più complicati e difficili, bastino a giustificargli.

4. Se sia attendibile l'autorità del nostro Ordinario, e di molti savj e dabbene Ecclesiastici, che, avute di mira le circostanze suddette, opinano favorevolmente, e simili contratti approvano.

5. Qual considerazione meritino in proposito le ragioni, che adduce Scipione Maffei ne' suoi tre libri *Dell' Impiego del danaro*, dedicati a Benedetto XIV., ed approvati dall'Inquisitore di Padova l'anno 1744.

6. Se la bolla *De Usuris* emanata dalla fel. Mem. di Benedetto XIV. l'anno 1645. probabilmente in sequela dell'opera del Maffei, al n. 3. di essa e all'articolo *De Contractu autem*, e seg. si possa interpretare favorevolmente a tali contratti.

7. Supposti illeciti tali contratti, che si ha



e si ritrova  
di sopra de  
r fruttare i  
nestamente  
ivili, che or  
li contratti  
omune tacit  
uso invalsc  
er maggio  
altri contrat  
no a giustifi

risolvere intorno a quelli già fatti, ed ai  
tutti già percepiti?

8. Se tali contratti si possano rendere le-  
gittimi almeno coll' assumere il pericolo fortui-  
to del fondo assegnato in pegno a carico del-  
la Prebenda, colle devute proposizioni, come  
nei censi.

I sottoscritti Oratori umilmente da V. S. desiderano ed  
implorano una chiara ed opportuna decisione di questi loro  
labbj per regolamento delle proprie e delle altrui coscien-  
ze a giustificazione generalmente agitate in proposito.

Locarno 13. Maggio 1831.

à del nostro  
bene Eccle  
ostanze sud  
simili con

L' agente aggiunge la generale e grandissima scarsezza  
di numerario o dei fondi, e questi ordinariamente in pos-  
sesso di pochi.

Tolta la prestanza di danari, i possidenti per la maggior  
parte inabili al commercio e alle arti, consumati i pochi  
capitali, si ridurrebbero facilmente alla miseria.

ino in pro  
pione Maf  
del danaro,  
provati dal  
744.

Gli altri non potrebbero, sprovvisti di danaro proprio e di  
fondi stabili da cambiare in contanti, non potrebbero avan-  
teggiare coll'industria.

Mancando Monti di Pietà, sarebbero obbligati sovente  
a vendere la piccola eredita paterna, e sovente a vilissimo  
prezzo, nelle loro necessità.

anata dalla  
anno 1645.  
ra del Maf  
De Contrac  
tare favore-

L'agitazione delle coscienze è oltre modo grande. On-  
de diversi Ordinarij, tutto considerato, si sono pronunciati  
in favore. Altrimenti nascerebbe un discetto generale,  
e totale impedimento degli affari e dell'industria.

FERIA IV. 31. AUGUSTI 1831.

, che si ha

Propositis superioribus Capituli Collegia-  
te Locarni precibus, quæ jam per manus una

Responsio  
Cong. S.  
Officii  
1831. 31.  
Augusti.



cum DD. Consultorum suffragiis distributa fuerant, Em. et Rev. DD. dixerunt :

Ad 1., 2., 3., 4. non esse inquietandos, et acquiescant, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis.

Ad 5., 6., 7., 8. consulant Encyclicam Benedicti XIV. *Vix pervenit*, et probatos Auctores.

FERIA IV. 7. SEPTEMBRIS 1831.

Approbatio S. Pontificis Gregorii XVI. 1831. 7. Sept.

Sanctissimus D. N. Gregorius XVI., in solita R. P. D. Assessori S. Officii impertita, Eminentissimorum Resolutiones approbavit.

Authenticitas:

La Risoluzione de' Casi portata dagli Em. come sopra *Audientia SS.* è pienamente conforme a questa ricevuta dal Capitolo di Locarno, Como 19. Settembre 1832.

Luogo del Sigillo,

Giuseppe Peverelli Vic. Gen. Cap.

Ita in Registris hujus Curiae Archiepiscopalis. In fidem et Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco Sigilli.

Th. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Cane.

1831

1831

1831

AD  
ITERU

(Denavi

Ex R  
scriptum  
Presby  
suffici  
in mutu  
so, don  
parati s  
benter a

Attar  
consult  
fere Ser  
byteris  
quæ rej  
detur lo  
donec

Qua  
possint  
bent tit  
tulum  
auctari  
lem si  
ceptis  
lunt re

Q  
habe

**Ad Sacram Pœnitentiariam**  
**ITERUM EXPONIT ORATOR INFRASCRIPITUS**

(*Denavit Professor Theologiæ in Seminario Sancti Irenæi Lugdunensis.*)

Iterata ex-  
positio  
Profess.  
Denvait.

Ex Responso Sacræ Pœnitentiariæ ad Oratorem infra-  
scriptum directo die 16. Septembris 1830. absolventi sunt  
Presbyteri, qui contendunt Legem Principis esse titulum  
sufficientem et legitimum aliquid percipiendi ultra sortem  
in mutuo absque alio titulo a Theologis communiter admis-  
so, donec S. Sedes definitivam decisionem emiseric, cui  
parati sint se subjicere : et huic responso humiliter et li-  
benter acquiesco.

Attamen, salvo Sacræ Pœnitentiariæ Responso præfato,  
consultis Auctoribus probatis, et attendita doctrina omnium  
fere Seminariorum Galliæ, ac præsertim eorum quæ a Pres-  
byteris *Congregationis Sancti Sulpitii* diriguntur, sententia  
quæ rejicit titulum Legis civilis tamquam insufficientem vi-  
detur longe probabilior, securior, et sola in praxi tenenda,  
donec S. Sedes definierit:

Quapropter Fidelibus, qui a me consilium petunt utrum  
possint auctarium percipere ex mutuo, et qui nullum ha-  
bent titulum a Theologis communiter admissum præter ti-  
tulum Legis civilis, respondeo, eos non posse præfatum  
auctarium exigere, et denego Absolutionem Sacramenta-  
lem si exigant. Pariter denego Absolutionem iis, qui per-  
ceptis hujuscemodi usuris, idest vi solius tituli Legis, no-  
lunt restituere.

**Quæritur 1. Utrum durius et severius me  
habeam erga hujuscemodi Fideles.**

**2. Quæ agendi ratio in praxi tenenda erga Fideles, donec S. Sedes definitivam sententiam emiserit.**

Lugduni 24. Septembris 1831.

DENAVIT Professor.

Iterata Responsio S. Pœnitentiariæ 1831. 11. Novemb.

**Sacra Pœnitentiaria, perpensis Dubiis quæ ab Oratore proponuntur, respondet :**

**Ad primum, affirmative : quandoquidem ex dato a Sacra Pœnitentiaria Responso liquet, Fideles hujusmodi, qui bona fide ita se gerunt, non esse inquietandos.**

**Ad secundum : Provisum in primo : unde Orator priori Sacræ Pœnitentiariæ Responso sub die 16. Septembris 1830. sese in praxi conformare studeat.**

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 11. Nov. 1831.

A. F. de Retz S. Pœnitentiariæ Regens.

F. Fricca S. Pœnitentiariæ Secretarius.

Authenticitas.

Præfata Responsa, alias per Sacræ Pœnitentiariæ Officium data, vera esse, et omni fide digna, testamur. Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 11. Januarii 1833.

Loco ✠ Sigilli S. Pœnitentiariæ.

E. Card. DE GREGORIO M. P.

Jam edita Vesontione iisdem typis Outhenin-Chalandre, et ab Episcopo Belicense (de Bellay) in suo Rituali.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem etc. Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli.

Th. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

Regi  
tione p  
tuat, st  
100. su  
Diece  
sia, an  
lus lucr  
ordinari  
tatis erg  
ac nudo  
retinere  
illicitum  
citumqu  
implicat  
Benedic  
Nimi  
eunt au  
tum fuis  
bris 174  
explicit  
IV. n. 1  
" Calvin  
" quod  
" divite  
" vino c  
" Molin  
" ter aff  
" est c  
" mple  
" duplic

**Em. et Rev. Domine.**

Regia Lex Pedemontana universim et sine ulla restrictione permittit, ut quisquis alteri cuicumque pecuniam mutuat, stipulare et exigere possit annum auctarium 5. pro 100. supra sortem. Hinc in Pinaroliensi aliisque finitimis Diocesisibus gravissima inter Theologos fervet controversia, an in casibus, in quibus ex una parte nullus adest titulus lucri cessantis vel damni emergentis vel periculi extraordinarii sortis amittendæ, ex altera vero præceptum charitatis erga proximum non obligat ad mutuandum simpliciter ac nudo mutuo, liceat mutuanti illud auctarium recipere et retinere? Alii enim auctarium illud omnino usurarium et illicitum, alii vero ab omni usuræ labe immune prorsus licitumque esse propugnant: et quod controversiam valde implicatiorem reddit, omnes gloriantur se niti auctoritate Benedicti XIV., aut saltem eum sibi nullatenus adversari.

Expositio  
Professoris  
Avvaro.

Nimirum Theologi, qui primam sententiam tuentur, dicunt auctarium, de quo agitur, a Benedicto XIV. reprobatum fuisse, implicite quidem in Encyclica diei 1. Novembris 1745. *Vix pervenit*, ut patet ex attenda ejus lectione, explicite vero in opere *De Synodo Diocesana* lib. X. cap. IV. n. 1. et 2. his verbis: "Græcis ex parte consensit Calvinus, qui ad cap. XVIII. Ezechielis licere docuit aliud quod moderatum lucrum, non quidem a paupere, sed a divite, præcise ratione mutui, exigere. *Errorem* a Calvino obiter insinuat, ex professo propugnavit Carolus Molinæus in suo tractatu *De Usuris*, ubi n. 10. *audacter* affirmat usuram non esse prohibitam, nisi in quantum est contra charitatem." Eandem *pravam* opinionem implexatus, alia ratione defendit Claudius Salmasius in duplici tractatu, altero inscripto de usuris, altero de trape-

“ zitico fœnore, quibus in locis usuram, nisi charitatem læ-  
 “ dat, ab omni culpa absolvit, eo quod sit merces locatæ pe-  
 “ cuniæ. *Impia* Calvinæ et Molinæi opinioni non veriti sunt  
 “ subscribere pauci quidam Doctores Catholici, “ illi scilicet  
 “ cet, qui quum agitur de mutuo quo pecunia aliave res da-  
 “ tur ad negotiationem” a fœnoris labe excusant lucrum  
 “ quod ex mutuo percipitur, dummodo sit moderatum, mo-  
 “ dumque servet a patriæ Legibus definitum.” Porro etsi  
 Benedictus XIV. in Synodo Diœcesana solum loquatur ut  
 privatus Doctor, ipse tamen sine dubio omnium optime sci-  
 ebat quid in sua Encyclica reprobare voluisset, adeoque  
 quidquid circa usuram postea scripsit in Synodo, et signan-  
 ter cit. cap. 4. ubi n. X. doctrinam in Encyclica definitam  
 summatim refert, habendum est tamquam ejusdem Ency-  
 clicæ explicatio, a qua recedere piaculum sit.

Theologi vero, qui tuentur secundam sententiam, dicunt  
 auctarium illud non percipi ex mutuo *ipsius ratione mutui,  
 vel solius causa mutui, vel vi mutui, ipsius, vel præcise rati-  
 one mutui, hoc est lucri cessantis, damni emergentis, aliove  
 extrinseco titulo remoto*, quod veluti usurarium atque omni  
 jure illicitum meritissime reprobavit Benedictus XIV. tum  
 in Encyclica §. 3. n. 1. et 2. tum citato loco de Synodo  
 n. 11. ; sed *ratione, causa, vi, ac titulo extrinseco Legis  
 civilis* dominium auctarii ex mutuuario in mutuantem  
 transferentis, eo modo quo rerum dominium ex uno in ali-  
 um transfertur per legitimam præscriptionem ; vel *ratione  
 publici boni*, quod mutatis circumstantiis, in præsentem re-  
 rum statu, absque illo auctario, vix aut n. vix quidem ob-  
 tineri posset ; vel *ratione ultronei taciti ac mutui consen-  
 sus* in auctarium a Lege permissum ex parte totius gene-  
 ratim societatis, cui inest jus disponendi de rebus suis  
 prout ei libuerit, et speciatim ex parte eorum, qui modo  
 pecunia abundant et modo indigent, ac modo pecuniam  
 mutuo dant, modo vero accipiunt ; vel *ratione consuetudi-*

sis in o  
 mines  
 patriæ  
 causas  
 ravit.  
 opere d  
 patroni.  
 Resp  
 perveni  
 auctari  
 eum qu  
 auctario  
 ex eoku  
 eo quod  
 mus titu  
 dat in ii  
 tum, præ  
 accidit i  
 vinum,  
 definitiv  
 to ubiqu  
 vel, secl  
 vel titulu  
 cunia, fi  
 ditur, to  
 tem inte  
 mare?”  
 sia de u  
 sui ac n  
 tionis ra  
 “ Nemi  
 “ casibu  
 “ curren  
 “ lenti n  
 “ tis in c

charitatem læ-  
ces locatæ pe-  
non veriti sunt  
olici, "illi scili-  
aliave res da-  
rcusant lucrum  
moderatum, mo-  
n." Porro etsi  
um loquatur u-  
um optime sci-  
uisset, adeoque  
modo, et signan-  
clica definitur  
jusdem Ency-  
t.

entiam, dicunt  
ratione mutui,  
el præcise rati-  
rgentis, aliove  
m atque omni-  
tus XIV. tum  
co de Synodo  
rinseco Legis  
a mutuantem  
ex uno in ali-  
; vel ratione  
a præsentis re-  
k quidem ob-  
autui consen-  
e totius gene-  
te rebus suis  
m, qui modo  
do pecuniam  
e consuetudi-

is in orbe catholico fere ubique receptæ, etiam apud ho-  
mines timoratae conscientiae, auctarium moderatum et a  
patriæ Legibus definitum exigendi vel ob alias hujusmodi  
causas, quas Benedictus XIV. nullibi expendit aut memo-  
ravit. Ad argumentum autem, quod ex Encyclica et ex  
opere de Synodo Diocæsana deducunt primæ sententiæ  
patroni, quadrupliciter respondent.

Respondent 1., Benedictum XIV. in Encyclica *Vix*  
*pervenit* hoc unum statuisse, tunc scilicet ex mutuo nullum  
auctarium, etiam moderatum, ultra sortem recipi posse,  
eum quis vel tenetur simplici ac nudo mutuo, absque ullo  
auctario, alteri succurrere; quod ex præcepto charitatis,  
ex eoque solo, locum habet in multis casibus, idque ex  
eo quod tunc nullus cum mutuo concurrere potest legiti-  
mus titulus aliquid supra sortem exigendi: vel mutuum  
dat in iis casibus, in quibus nullum alium justum contrac-  
tum, præter unum mutuum, celebrare potest; quod etiam  
accidit in multis circumstantiis, v. gr. quum alteri credit  
vinum, oleum, etc. ut patet ex §. 3. n. 5., ubi postquam  
definitur falso et temere affirmari reperiri semper ac præ-  
sto ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos,  
vel, secluso etiam mutuo, contractus alios justos, quorum  
vel titulorum vel contractuum præsidio, quotiescumque pe-  
cunia, frumentum, aliudve id generis, alteri cuicumque cre-  
ditur, toties semper liceat auctarium moderatum ultra sor-  
tem integram salvamque recipere: "eumque qui ita affir-  
mare" non modo divinis documentis et catholicæ Eccle-  
siæ de usura iudicio, sed ipsi etiam humano communi sen-  
sui ac naturali rationi procul dubio adversari, hujus defini-  
tionis rationem reddit, et concludit his notabilibus verbis:  
"Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in  
"casibus tenetur homo simplici ac nudo mutuo alteri suc-  
"currere, ipso præsertim Christo Domino edocente: *Vo-*  
"lenti mutuari a te ne avertaris: et quod simpliciter mul-  
"tis in circumstantiis, præter unum mutuum, alteri nulli vero



“justoque contractui locus esse possit.” Ac proinde juxta Benedictum XIV. quoties mutuo datur pecunia, et præceptum charitatis non obligat ad eam mutuandam simplici ac nudo mutuo, semper una cum mutuo reperiri posse, quin immo præsto ubique esse legitimum aliquem titulum, v. gr. *Legem civilem, publicum bonum*, etc., cujus præsidio liceat auctarium moderatum ultra sortem recipere, juxta illam regulam : *In necessariis expressio unius est exclusio alterius* : aut saltem Benedictum XIV. huic sententiæ nullatenus adversari.

Respondent 2. huic quoque sententiæ nullatenus adversari Benedictum XIV. in iis quæ circa usuram scripsit cit. cap. 4. de Synodo n. 2. et 3 : quia ibi solum docet perpetuæ Catholicæ Ecclesiæ de usura doctrinæ post Græcos Schismaticos contradixesse tum Calvinum, qui erronee docebat aliquod moderatum lucrum ex mutuo *præcise ratione mutui* (in quo sita est usuræ essentia) licite a divitibus exigi posse ; tum Carolum Molinæum, qui audacter affirmabat hujusmodi *usuram* a Calvino admissam, et suapte natura malam, non esse prohibitam ; nisi in quantum est contra charitatem, tum Claudium Salmasium, qui eandem *usuram*, nisi charitatem læderet, ab omni culpa præve absolvebat, falso eo prætextu, quod sit merces locatæ pecuniæ ; tum demum paucos quosdam Doctores illos Catholicos, qui impiæ Calvinii et Molinæi opinioni *subscribere* non, verentes una cum ipsis audacter affirmabant et erronee docebant, *usuram non esse prohibitam nisi in quantum est contra charitatem*, atque a scœnoris labe excusari lucrum quod a negotiatoribus exigitur percipiturque ex mutuo *præcise ratione mutui*, dummodo sit moderatum, modumque servet a patriæ Legibus definitum. Hæc omnia profecto ne latum quidem unguem differunt a doctrina, quæ continetur in Encyclica. At vero, aliud est usurarium, et illicitum esse auctarium, etiam moderatum, et a pa-

Leg  
ne  
degrat  
percipit  
Legis  
com  
de altero  
Rospo  
Synodo  
pandum  
opinione  
se in fir  
profiteatu  
clesiæ an  
applicatio  
luti decre  
bapdum  
tū IV., c  
scripserit  
“hoc sibi  
“sisset,  
“opinior  
“erat, a  
Respo  
XIV. hu  
nullum  
moderat  
pitur in  
tio aliqu  
variatio  
tholicæ  
dem se  
applicat  
Ego

e proinde juxta *Legibus definitum, quod percipitur ex mutuo precise*  
 nia, et præcep- *ratione mutui*; aliud est usurarium ac illicitum esse mo-  
 dam simplici ac *deratum illud auctarium a patriæ Legibus definitum, quod*  
 iri posse, quin *percipitur ex mutuo non precise ratione mutui*; sed *ratio-*  
 n titulum, v. gr. *Legis civilis*, vel ob extrinsecas alias causas paulo su-  
 præsidio liceat *pre* commemoratas: primum affirmat Benedictus XIV.,  
 e, juxta *tritam de* altero ne verbum quidem facit.

*ius est exclusio* Respondent 3., in hypothesi quod Benedictus XIV. in  
*sententiæ nul-* Synodo huic sententiæ reipsa adversaretur, nullomodo cul-  
 pandum fore, qui, solidis rationibus innixus, a privata ejus  
 nullatenus ad- *opinionem seu explicationem modeste recederet, quum ille ip-*  
 suram scripsit *so* in fine præfationis ad Synodum Dicecesanam aperte  
 i solum docet *profiteatur, omnibus in rebus, quibus nullum ex publica Ec-*  
 iæ post Græ- *clesiæ auctoritate pondus accessit, qualis procul dubio est*  
 um, qui erro- *explicatio de qua agitur, nihil se in Synodo definire ac ve-*  
 nutuo *luti decretorium exhibere velle, allata etiam ad hoc compro-*  
 ia) licite a di- *bandum auctoritate Melchioris Cani. et exemplo Innocen-*  
 m, qui audac- *tii IV., qui etsi commentaria sua in libros Decretalium*  
 admittam, et *scripsit quum Summum Pontificatum gereret, non tamen*  
 nisi in quan- *hoc sibi unquam arrogavit, ut quidquid in eo opere scrip-*  
 tmasium, qui *sisset, pro re definita haberetur, sed facile passus est*  
 omni culpa *opinionem suam, quas tamquam privatus doctor proposu-*  
 merces loca- *erat, ab aliis doctoribus oppugnari, ut patet etc."*

Doctores illos Respondent 4., in hypothesi quoque quod Benedictus  
 nioni subscri- XIV. huic sententiæ adversaretur in Encyclica, jam inde  
 affirmabant et nullum amplius argumentum peti posse ad reprobandum  
 nisi in quan- moderatum illud auctarium a Lege permissum, quod perci-  
 abe excusari pitur in præsentis rerum statu: quia circumstantiarum muta-  
 urque ex mu- tio aliquam inducere potuit, immo vero manifestam induxit  
 eratum, mo- variationem, non quidem quoad principia quibus nititur ca-  
 Hæc omnia tholicæ Ecclesiæ de usura et mutuo doctrina, quæque ea-  
 a doctrina, dem semper ac omnino invariabilia sunt, sed quoad eorum  
 est usurari- applicationem.

um, et a pa- Ego, diligenter considerata, prout tenues ingenii mei



vires ferunt, Benedicti XIV. doctrina, ut moderatius, si  
 probabilius illud existimo : dubitari merito posse, utrum  
 sa doctrina, se sola, huic controversiæ dirimendæ suffici  
 at, nec ne. Verum cum, etiam posita hac mea opinione,  
 cui parum fidere debeo, incertum adhuc remaneat, nun  
 auctarium illud tuta conscientia recipi possit ; ut sublato  
 omni incertitudine sit mihi parata facultas apte responden  
 di quibusdam Confessariis qui novissime circa eamdem  
 controversiam me consuluerunt, tum et aliis qui, ratione  
 munerum quibus perfungor, sive intra sive extra sacrum  
 Pœnitentiæ tribunal consulturi sunt, Vestram Eminentiam  
 suppliciter rogo obtestorque in Domino, ut mihi transmit  
 tat resolutionem trium quæstionum, quas hic subjicio :

Quesita.

1. An auctarium, de quo agitur, licitum sit.  
 Et quatenus hæc quæstio ex doctrina Bene  
 dicti XIV. aliisque Sedis Apostolicæ judiciis  
 directe resolvi nequeat.

2. An pœnitentes, qui auctarium illud sive  
 bona sive dubia aut mala fide receperunt, sa  
 cramentaliter absolvi possint, nulla facta aut  
 promissa hic et nunc restitutione, dummodo  
 serio promittant se esse paratos ad exequen  
 dum quidquid super hoc negotio Sedes Apos  
 tolica determinaverit. Et quatenus affirma  
 tive, prout asserunt nonnulli ad hanc alias  
 que similes quæstiones jam pluries nomine  
 S. Officii et Sedis Apostolicæ provisorie re  
 scriptum fuisse, de quibus tamen Rescriptis  
 eorumque tenore mihi non constat.

3. An iis pariter, qui neque ullum habent

titulum lucri cessantis vel damni emergentis  
 vel periculi extraordinarii sortis amittendæ,  
 neque versantur in casibus in quibus præcep-  
 tum charitatis erga proximum eos obligat ad  
 mutuandum simpliciter ac nudo mutuo, liceat  
 pecuniam mutuo dare, stipulato aut convento  
 annuo auctario 5. pro 100. supra sortem  
 prout Lex regia permittit, sub eadem condi-  
 tione de parendo futuris Sedis Apostolicæ  
 super hoc negotio determinationibus.

Maxima fretus fiducia, quod Eminentia Vestra votis  
 meis, in re mihi adeo necessaria, benigne obsecundabit,  
 cum eroque semper  
 Eminentia Vestra

Pinerolii die 22. Januarii, 1832.

Humil. Obseq. et Dedit. Seryus

JOSEPH ANTONIUS AVVARO, Sacræ Theologiæ Doctor,  
 et Regius ejusdem Facultatis Professor,  
 Canonicus Theologus, et Provicarius Generalis.

### SACRA POENITENTIARIA

Dil. in Christo Josepho Antonio Avvaro transmittendas Responsio  
 pensuit Resolutiones alias datas ad quædam dubia circa S. Pœni-  
 tentiariæ  
 usuras, scilicet : 1832. 11.  
 Feb.

1. Utrum Confessarius possit in consci-  
 entia denegare absolutionem Presbyteris, qui  
 contendunt Legem Principis esse titulum  
 sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem  
 absque alio titulo vel lucri cessantis vel dam-  
 ni emergentis.

2. Utrum debeat.

**Resp. ad utrumque :** Non esse inquietandum quousque **S. Sedes** definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subicere, adeoque nihil obstare eorum absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

### ALIA DUBIA

Renovatur  
Responsio  
data Ep.  
Vero-  
nensi.

**1. An Confessarius ille possit absolvi, qui licet Benedicti XIV. et aliorum SS. Pontificum de usura definitiones noverit, docet, etaleant mutuo divitibus aut negotiatoribus præstito Resp percipi posse præter sortem lucrum quinqueto para pro centum etiam ab iis qui nullum omnino Ad s alium præter quam Legem civilem titulum habent mutuo extrinsecum.**

**2. An peccet Confessarius, qui dimittit in 1. A bona fide pœnitentem qui ex mutuo exigiti ratio lucrum Lege civili statutum, absque extrin-tiozem seco lucri cessantis aut damni emergentis autia neg periculi extraordinarii titulo. modo l**

**Resp. ad primum :** Confessarium de quovant, c in dubio, non esse inquietandum quousquetiam lu **S. Sedes** definitivam decisionem emiserit cui **S. Sed** paratus sit se subicere : adeoque nihil ob- Pontif stare ejus absolutioni in Sacramento Pœni- quand tentiæ. bona f

**Ad secundum :** Provisum in præcedenti, de no dummodo pœnitentes parati sint stare man- nulla imen datis **S. Sedis.** tali

## ALIA DUBIA.

Vir quidam persuasus erat Encyclicam Benedicti XIV. inhibere lucrum ex collatione pecuniæ perceptum juxta disposita a Lege civili: ejus hæredes quærunt:

1. An Encyclicam recte acceperit.
2. Etiam supposito quod male acceperit, persuasus tamen recte accepisse, an hæredes omni reparatione se exemptos existimare valeant.

Resp. ad primum: Acquiescant, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis.

Ad secundum: Provisum in primo.

## ALIA DUBIA

1. An possit eorum Confessariorum agentium ratio probari, qui dum tenent uti probabiliorem opinionem contrariam lucro ex pecunia negotiatoribus mutuo data, pœnitentes eo modo lucrum percipientes ut ditescant absolute de quovant, quando nempe isti, objicientes sententiam quousquetiam lucro faventem non fuisse damnatam a Sede, promittunt tamen obedire judicio S. Pontificis si intercedat: et similiter agunt, quando pœnitentes, lucrum percipientes in bona fide, de eo non confitentur, licet aliunde noverint ipsos percipere lucrum ut supra, nulla ea de re facta interrogatione, quando dement ne pœnitentes admoniti restituere aut tali lucro abstinere recusent.

2. Utrum Episcopus possit hortari rigidiores Confessarios, consulendi causa ipsum redeuntes, ut priorum Confessariorum agendam rationem sequantur donec S. Sedes expressum ea de quæstione iudicium ferat.

Resp. ad primum: Non esse inquietandos.

Ad secundum: Provisum in primo.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 11. Februarii 1832.

E. Card. DE GREGORIO M. P.

D. Fratellini S. P. Secr.

Authenticitas.

Suprascriptas preces et Resolutiones omnino concordare cum precibus a Josepho Antonio Avvaro porrectis Pœnitentiariæ Majori sub die vigesima secunda Januarii. et cum Resolutionibus eidem transmissis a Sacra Pœnitentiaria sub die undecima Februarii currentis anni millesimi octingentesimi trigesimi secundi, idque Nobis constare ex earundem collatione cum originali, cujus authenticum exemplar etiam in Episcopali hæc Curia observatur, testamur.

Datum Pinerolii in Curia Episcopali die quarta Decembris anni millesimi octingentesimi trigesimi secundi.

Archidiaconus Dominicus Galvano Vic. Gen.

Loco ✠ Sigilli. DONATUS JOSEPH BOIRAL, Canc.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem et Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli.

Th. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

Ad preces  
tas a  
quæ a  
que p

Sacra  
ratori co  
quædam

1.  
tia de  
conter  
suffici  
absqu  
ni em

2.  
Re  
dos q  
nem e  
eocu  
cram

1.  
licet

## RESPONSUM

## S. Pœnitentiariæ Apostolicæ

*Ad preces moderni Episcopi Aquensis Sanctæ Sedi porrectas ad impetrandam normam circa varias quæstiones quæ de usura diversimode ab auctoribus definiuntur, idque pro quiete tam Fidelium quam Confessariorum.*

Sacra Pœnitentaria Ven. in Christo Patri Episcopo Oratori communicandas censuit Resolutiones alias datas ad quædam dubia circa usuram, scilicet.

Respon-  
sum S.  
Pœnitenti-  
ariæ Ep.  
Aquensi  
1832. 23.  
Nov.

## DUBIA

1. Utrum Confessarius possit in conscientia denegare absolutionem Presbyteris, qui contendunt Legem Principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem absque alio titulo vel lucri cessantis vel damni emergentis.

2. Utrum debeat.

Resp. ad utrumque : Non esse inquietandos quousque S. Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subicere: adeoque nihil obstare eorum absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

## ALIA DUBIA.

1. An Confessarius ille possit absolvi, qui licet Benedicti XIV. et aliorum Summorum

Renovatur  
Respon-  
sum datum  
Ep. Veronensi.

Pontificum de usura definitiones noverit, docet, ex mutuo divitibus aut negotiatoribus præstito percipi posse præter sortem lucrum quinque pro centum etiam ab iis qui nullum omnino alium præterquam Legem civilem titulum habent mutuo extrinsecum.

2. An peccet Confessarius, qui dimittit in bona fide pœnitentem, qui ex mutuo exigit lucrum Lege civili statutum absque extrinsecu lucri cessantis aut damni emergentis aut periculi extracordinarii titulo.

Resp. ad primum : Confessarium, de quo in dubio, non esse inquietandum quousque S. Sedes definitivam decisionem emiserit, cui paratus sit se subicere : adeoque nihil obstare ejus absolutioni in Sacramento Pœnitentiæ.

Ad secundum : Provisum in præcedenti, dummodo pœnitentes parati sint stare mandatis S. Sedis.

#### ALIA DUBIA.

Vir quidam persuasus erat Encyclicam Benedicti XIV. non inhibere lucrum ex collatione pecuniæ perceptum juxta disposita a Lege civili. Ejus hæredes quærant :

1. An Encyclicam recte acceperit.

2. Etiam supposito quod male acceperit, persuasus tamen recte accepisse, an hæredes ab omni reparatione se exemptos existimare valeant.

1. di rati  
liorem  
nia ne  
modo  
vunt,  
tiam l  
S. Sed  
Pontif  
quand  
bona f  
de no  
nulla  
timent  
a tali

2. I  
ores  
adeun  
ration  
sum e

Re  
Ad

Datu



## ALIA DUBIA.

1. An possit eorum Confessariorum agendi ratio probari, qui dum tenent uti probabiliorem opinionem contrariam lucro ex pecunia negotiatoribus mutuo data, pœnitentes eo modo lucrum percipientes ut ditescant absolvent, quando nempe isti, objicientes sententiam lucro faventem non fuisse damnatam a S. Sede, promittunt tamen obedire judicio S. Pontificis si intercedat : et similiter agunt, quando pœnitentes, lucrum percipientes in bona fide, de eo non confitentur, licet aliunde noverint ipsos percipere lucrum ut supra, nulla de ea re facta interrogatione, quando timent ne pœnitentes, admoniti, restituere aut a tali lucro abstinere recusent.

2. Utrum Episcopus possit hortari rigidiores Confessarios consulendi causa ipsum adeuntes, ut priorum Confessariorum agendi rationem sequantur, donec S. Sedes expressum ea de quæstione judicium ferat.

Resp. ad 1. Non esse inquietandos.

Ad 2. Provisum in primo.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 23. Novembris 1832.

A. F. de Retz. S. P. Regens.

D. FRATELLINI S. P. Sec. r.

Loco ✠ Sigilli.



Authenticitas. V. et facta collatione concordat cum Originali Romæ ut supra signato, et apud Nos existente.

Dat. Aquis die 2. Januarii 1833

✠ CAROLUS JOSEPH, Episcop

Loco ✠ Sigilli.

Can. Paulus Brezzi a Secretis.

Ita in Registris hujus Curie Archiepiscopalis. In fidem etc. Taurini die 16. Februarii 1833.

Loco ✠ Sigilli.

TH. JACOBUS GENTA Not. Ap. et Canc.

Ad pre  
1822.

Episco  
1830.

Quæsit  
1830. 10

Venerab  
1831. 14

Pervenit

1831. 31

**ELENCHUS.**

## 1.

Ad preces 1822. 3. Julii.	Decretum supremæ Congregationis S. Officii - - - - -	pag. 6
------------------------------	---	--------

## 2.

Episcopus 1830. 18. Aug.	Expositio et dubia Episcopi Rhedonensis et Responsio S. Pontificis Pii VIII. Cum authentica.	8
-----------------------------	--	---

## 3.

Quæsita 1830. 16. Sept.	Denavit Professoris Theologiæ in Semi- nario S. Irenæi Lugduni, et Respon- sio Sacræ Pœnitentiariæ - - - Cum authentica Em. De Gregorio.	10
----------------------------	---	----

## 4.

Venerabili 1831. 14. Aug.	Responsio Sacræ Pœnitentiariæ Episco- po Veronensi - - - - -	12
------------------------------	---	----

## 5.

Pervenit. 1831. 31. Aug.	Observationes et Quæsita Episcopi Vi- variensis circa Decisionem dubiorum Ep. Rhedonensis. Decretum Congre- gationis S. Officii approbatum a S. Pontifice Gregorio XVI. circa dicta quæsita. Responsio ad alia sex dubia, et renovatio Responsionis datæ Epis- cupo Rhedonensi - - - - - Cum authentica.	1
-----------------------------	--	---

## 6.

Quesiti	Del Capitolo di Locarno. Responsum S. Congregationis S. Officii 1831. 31. Augusti approbatum a S. Pontifice Gregorio XVI. - - -	22
1831. 7. Sept.	Cum authentica.	

## 7.

Ad Sacram	Iterata expositio Professoris Denavit, et iterata Responsio S. Pœnitentiariæ -	27
1831. 11. Nov.	Cum authentica Em. De Gregorio 11. Januarii 1833.	

## 8.

Regia.	Expositio Professoris Avvaro, et Res- ponsio S. Pœnitentiariæ - - -	29
1832. 11. Febr.	Cum authentica.	

## 9.

Responsum	Sacræ Pœnitentiariæ ad preces Ep. A- quensis - - -	39
1832. 23. Nov.	Cum authentica.	

In universa	Responsa supradicta mandantur inseri in actis Curiæ Archiep. Taurinensis.	3
1833. 16. Febr.		

V. SCHIARA REV. ARCIV.

V. *Se ne permette la stampa*

Torino li 1. Marzo 1833.

BORON PER. LA GRAN CANG,

Responsum  
ii 1831. 31.  
Pontifice

- 22

Denavit, et  
ntiariæ - 27  
Gregorio

et Res-

- 29

Ep. A-

- 39

inserti in  
nsis.

3

c,

